

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Eleemosina au  
cum uariis

Manus pauperis est gazophilacium Christi, et quicquid pauper accipit, Christus acceptat.  
Da ergo, homo, pauperi terram ut accipias celum, da nummum ut accipias regnum, da  
micam ut accipias totum. Da pauperi ut det tibi quia quicquid pauperi dederis, tu habebis;  
quod pauperi non dederis, habebit alter.

Petrus Rauennas in quodam sermone.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Eleemosina au] Eleemosina ax P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; est] in C; accipit] accepit L<sup>2</sup>; homo *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>  
L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; celum da nummum ut accipias *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; accipias] accipiat (*cor. intra*) M;  
det] accipia (*cor. intra*) M, detur P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>